Votum diviſio

fiat,quod confert etiam ad exemplum, & proteſtationem religionis. Nota diviſio voti in internum & externum, ſeu mentale, ut ſenſibile, ſive internum, ac mentale ſit etiam de tali materia, ſive de externa & ſenſibili: præterea in occultum, & publicum, poſtremo in ſimplex,& ſolemne.

Quæ ad ſolemnitatē voti requiruntur.

Theologicè loquendo requiritur ad ſolemnitatem voti, ut ſit penitus abſolutum, atque de ſe perpetuum, & conſequenter voventem reddat inhabilem, vel ad matrimonium, vel ad divitias, vel ad alios contractus repugnantes materiæ ſuæ, quod eſt eſſe annexum, aut ordini ſacro, aut profeſſioni in aliqua Religione approbata, & acceptetur abſolute ac habente auctoritatem,in voventem; quamvis aliqua ex cauſſa poſſit poſtea Pontifex etiam in tali voto diſpenſare. Celebritas rituum certorum, & publicitatis, ut ita dicam, videtur quidem denominationem voto tribuere, ut ſolemne dicatur; ſed ea quæ dixi per ſe pertinent, atque neceſſaria ſunt ad rationem propriam ſolemnitatis. At de his exactius alibi. Paratum oportet eſſe eum, cui vovit ideſt, promiſit Deo, vel legis obſervationem, vel aliud quid ex ſupererogatione; apud omnes conſtanter eadem tueri, ac reddere Deo notandum porro, quod totus hic verſus abeſt à vetere Pſalt. & à Romano, nec extat apud Auguſt. Proſper. Arnob. putatum Hieron. Caſſiodor.

Verſ. 6. vel 15.) Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus.

Senſus loci.

SIc diſtinguunt verſus Hebræi, & Hieron. ac editio Biblica Latina. Eſt autem ſenſus, ut Davidi inter ea beneficia, pro quibus calicem capturus in ſolemni ſacrificio ſit, & votivas hoſtias redditurus, liberationem à morte primo ponat loco,atque à multis vitæ periculis, in quæ perſecutores ipſum conjecerint; quia ſcil. expedit,ut omnes intelligant, quam ſit Deo cordi vita innocentum, quantique faciat illam Deus & in quanto veluti pretio honoreq; habeat adeo multa mirificè faciendo, pro illorum conſervatione: ſe vero quod non minus modeſtè, quam verè dicit,ex eorum numero fuiſſe, ut qui nec Saulem, nec Abſalonem filium aliumve ullum (Uria excepto) cujus jam peccati veniam impetraverat) ulla in re læſerit,ſed plurimis contra beneficiis affecerit, & non ſemel eorumdem vitę quum poſſet illam ipſis eripere, benignè, miſericorditerq; pepercit. *Cuſtodit*, ait alio loco Propheta *a*, *animas ſanctorum ſuorum, de manu peccatoris liberabit eos*; ſimul animum ſibi facere videtur ne dubitet promiſſa perſolvere ſacrificia, & eorum divulgare cauſſam,coram omni populo Dei, illam inquam, quam nunc dixi, cauſſam quoniam ſi contingat indignatos hoſtes denuo mortem illi machinari, tùm vero, quod intellexerint actas ab ipſo gratias Deo, quod eos evaſerit,certus omnino ſit, vel eadem ſe adhuc ratione evaſurum, quia ſit Deo chara vita ipſius,vel ſi mori contingat, charam nihilominus,pretioſam,glorioſam talem mortem eidem Deo futuram pro illo, proque juſtitia obitam; ita ut ſic convenire Deus judicaverit, inſigniter vindicaturus ſit, deque parricidis pœnas debitas repetiturus. Videtur Ambr. *b* accipere de diſcrimine cui ſe David expoſuit in certamine cum Golia *c* vel quum ſe morti pro Domini placanda offenſione promtus objecit, & pro ſalute populi laborantis divinæ ultioni paratus obtulit *d*; ſed ante illud certamen perſecutiones paſſus David non fuerat; illud aliud longe poſt perſecutiones contigit, & tamen de perſecutionum liberatione, hoc pſal. agi videtur. Melior itaq; prior ſenſus.

a pſ.96. 10.
b de bono mort. cap. 3.
c 1.Re.17.45 & ſeqq.
d 2.Re 5.24. 27.

Martyrum & martyrii laudes.

Hic vero quam bellè quadret ſenſus in martyres etiam noſtros, nemo non videt, atque de his hìc potiſſimùm in officio in divino frequenter verſiculus; totuſq; propterea pſal. Emit omnium, ſed Sanctorum peculiariter vitam Chriſtus ſanguine ſuo,ut & illi pro ipſo fundere non timerent; quum tamen, & Domini mors, & ſervorum, ſervis eſſet profutura, non Domino, ut cum Aug. Proſper abbreviator illius ſcribit. Origenes *e*, etiam accipit hunc locum de morte, quæ pro veritate, & pietate ſuſcipitur. Iſtam Baſil. mortem negat corruptionem dici debere,ſed vitæ occaſionem, non omnimodam deletionem, ſed ad honorem pretii ingentis tranſcenſionem longe majoris, quam ſint, qui lapilli appellantur pretioſi (de martyre canitur quo *poſuit Deus in capite ejus coronam de lapide pretioſo* f, propterea non hanc nobis lugendam,ſed ingreſſum immortalem vitam: jam A non ritu Judaico haberi abominationi talium morticina, ſed pretioſas cenſeri (notandus adverſus Hagiomachos locus recitatus quoque ab Adriano Papa in ſcripto de imaginibus ad Carol. Magnum *g*) reliquias; & quiſquis eas attigerit, ob gratiam corpori inſidentem fieri quadãtenus ſanctificationis participem: turpe eſſe pro tam pretioſa gloria,rebus adeo vilibus,& ignominioſis oblectari, & neceſſitatibus etiam ipſis corporibus, nimirum plus quam oportet, ſervire, & non potius totum ſe Dei addicere ſervituti, nec quidquam indignum Deo admittere, quod ſequenti verſu magis exprimitur. Pretium honoremq; iſtius mortis Euth. conſtituit in eo, quod provehat ad Dominum,& ſanctorum Angelorum comitatu ſocietateq; ſic defungentes honorentur. Bernar. *h* de omnibus Sanctis locum interpretans,pretioſam ait mortem facere aliquando vitam, nempe in confeſſoribus qui in Domino moriuntur, in martyribus, qui pro Domino moriuntur: aliquando ſolam cauſam,aliquando pariter,& vitam pretioſiorem eſſe,quam facit cauſſa,pretioſiſſimã, quam prævenit vita ſimul cum cauſſa. Idem *i* ſcribit apud Deum B univerſo cętui Sanctorum commune eſſe, quod hìc habetur: duas res facere mortem pretioſam,vitam,& cauſſam, ſed amplius cauſſam,quam vitam: illam eſſe pretioſiſſimã quam,& cauſſa commendat & vita. Extenuat quoq; Cypr. * martyrium,quod ſine indulgentia non fuit,nimirum illius qui criminibus antea non nullis maculatus martyrio eguit,quaſi quodam baptiſmo, ablui & purificari Tert. *k* hoc ex loco probat martyriorum exempla reperta à primordio in lege, nec Davidem loqui de iſta communi, & omnium debito; ſed quæ aditur ex teſtimonio religionis, & prælio confeſſionis pro juſtitia,& ſacramento. Colligit præterea *l* veteris Deum teſtamenti bonum eſſe, ejuſque bonitatem confirmari ex legalibus diſciplinis; Sed Cypr. hunc de martyribus, locum ſæpius urget. Spiritum ſanctum ſic ait *m* loqui ad nos pariter, & monere, pretioſam vero hanc mortem eſſe, quæ emit immortalitatem pretio ſui ſanguinis, quæ accepit coronam de conſummatione virtutis. Iterum *n* prædicare hìc ſcribit; & conteſtari Spiritum ſanctum: calicem autem ſalutaris,qui Domino retribuitur eumdem eſſe cum pretioſa in conſpectu ejus C morte juſtorum ſeu quæ placet in oculis ejus. Ad hæc *o* nihil verſari in cordibus,& mentibus debere illorum,qui vocantur ad martyrium, quam divina præcepta & mandata cęleſtia, quibus nos ad tolerantiam paſſionis Spiritus ſancti ſemper animavit,nec mortem cogitare, ſed immortalitatem, nec temporariam pęnam,ſed gloriam ſempiternam prout hoc loco ſcriptum ſit. Poſtremo *p* pretium & mercedem paſſionis hìc oſtendi martyrem ſtatim à Domino coronari,ſanguine ſuo gehennam extinguere,Chriſto judicanti aſſeſſurum.

e in ep. ad Rom c. 3.
f pſ. 20. 4.
g in act. 1.
h ſerm. 24. ex parvis.
i ep. 58.
* de ſingular. cleric. ſub finem.
k in Scorp. cap. 8.
l lib. 2. cont. Marc. c. 19.
m ep. 9.
n ep. 77.
o ep. 81.
p de exhort. mart. c. 12.

Martyriorum exempla ab initio in lege reperta probatur.

Quo quis genere mortis pereat non referre probatur.

Adjicit,etſi horum,quæ Martyrii candidatos ad amplectendum martyrium provocant, nihil ſubſiſteret,ubi tamen viſum foret,martyrium illum amplecti oportere, atque ſubire. Chryſ. *q* hinc probat nihil referre, quo quis genere mortis pereat, & an apud ſuos, & cum pompa funeris, an apud alienos, & in ſepultus, quia Sanctorum pretioſa apud Deum; *mors peccatorum peſſima* r. Illud autem demonſtrat inductione in Apoſtolis, Joanne Baptiſta, Stephano, & aliis. Ambroſius *ſ* Davidem propheticè gloriarum in ſuæ mentis exceſſu ſic locutum ait, & mortem maluiſſe præferre, D quam vitam ipſam,namque mortem martyrum pręmium vitæ eſſe, ſciviſſe etiam *t* glorioſius eſſe, pro Chriſto mori, quam regnare in hoc ſęculo; nihil præſtantius quam fieri Chriſti hoſtiam, ut eſt verſu 17. martyri *u* dici *hodie mecum eris in Paradiſo* x. Sed & ei qui poſſet dicere,quod habetur hìc verſu 17. *dirupiſti vincula mea*, hoc eſt, ſolviſti curſum iſtius vitæ, *liberaſti me ex hoc mortis corpore*, *y* non autem illi, qui adhuc in febrienti corpore ſit conſtitutus, in hoc concupiſcenti, in hoc terrena adhuc deſideranti.

q hom. 66. in Geneſ.
r pſ. 33. 22.
ſ de fide reſſia.
t de bono mort. cap. 3.
u idem in pſ. 118. oct. 8.
x Luc. 23. 43
y Rom. 7. 24
z ſerm de S. Steph.

Mors martyrum vitæ eſt.

Maximus Taurinenſis *z* æque hunc locum de martyribus, ac nominatìm, præcipuèque de Stephano interpretatur Hieronymus * declamans in Vigilantium, venerationem damnantem reliquiarum, inter alia, hoc utitur argumento: ſi non honorandæ ſunt reliquiæ martyrum (nondum celebrabantur alii, quam martyres) quo modo legimus, *pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus?* Ita quoque Jonas *a* Aurelianenſis adverſus Claudium Taurinenſem argumentatur, aſſerens videri habuiſſe animam ex duabus animabus compactam Vigilantii, & Euſtathii, qui in contemnendis ſanctorum Martyrum reliquiis, eorumque ſepulchris dehonorandis, unum perverſiſſimè ſenſerunt. Petrus

* epiſt. 53. ad Riparium
a 1. de cultu imag.

Argumentũ quo utitur Hieronym. contra Vigilantium venerationem reliquarũ damnantē

porro

Chryſologi acuta obſervatio.

porro Chryſologus *a* acutè, ut ſolet,obſervat poſtulatum in diſco caput Joannis, & pretioſe geſtatum, qui viliter occiſus fuerat, quia *pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus*: puellã hoc ipſum quod volebat non egiſſe, quo modo ipſa volebat, quia agebat illam ſuperna ratio aliter, quam vellet: Joannem veniſſe in ſublimi poſitum, ut lucernam ſuper candelabrum, ut judicem in tribunali reſplendentem. Auguſt. *b* differens de morte, quam non regenerati pro Chriſti confeſſione ſuſcipiunt, pretioſam quoq; iſtorum vocat mortem, tantumq; ad dimittenda eis valere peccata, quantum ſi abluerentur ſacro fonte baptiſmatis aſſerens; probat iſtius loci teſtimonio. Quid enim, ait,pretioſius, quam mors, per quam fit, ut etiam delicta omnia dimittantur, & merita cumulatiùs augeantur? &c. *Mors* igitur *pretioſa Sanctorum*, quibus cum tanta gratia eſt præmiſſa, & prorogata mors Chriſti,ut ad eum acquirendum, ſuam non cunctarentur impendere, in eos uſus redactum eſſe monſtravit,quod ad pęnam peccantis antea fuerat conſtitutum, ut inde juſtitiæ fructus uberior naſceretur. Damaſcenus *c* tractans quanto ſint honore Sancti proſequẽdi,adhibet inter alios, præſentem locum; nihil enim pretioſius eſſe quam *in manu Dei eſſe*, *d* quoniam vita eſt Deus & lux; qui vero in manu Dei ſunt,in vita & in luce exiſtunt. *Stipendia peccati mors*, *e* ſed mortis toleratæ pro Deo ſtipendium pretiumq; vita eſt, immortalitaſq; debita peculiari ratione, non ſolum in Domino, ſed & pro Domino, morienti.

a ſerm. 174.
b 13. de civ. cap. 7.
c lib. 4. c. 16.
d Sap. 3. 1.
e Rom. 6. 23.

Dominus ſuos mori fruſtra non ſinit.

Non ſinit ſuos Deus mori fruſtra, nec eorum exponit vitam, tamquam vilem, & pro nihilo venalem, exiguive pretii. Ingentem colligi vult inde pro eo qui moritur, pro eccleſia,pro gloria ſua, utilitatem, atq; ut omnes intelligant,qui *juſto pereunte non recogitant in corde f* quanti ſit pretii vita illius,*quamq; honorabile nomen ejus coram illo g* juxta tranſlationem Hieron., *quam pretioſus ſanguis coram oculis ejus. Cuſtodit animas Sanctorum*, h *& oſſa ut ne unum pereat*, *i* ſed & *capillos capitis omnes numerat*, *k* facitq; ut hæc,& quæcumq; quovis modo ad ſancti, præcipue Martyris, perſonam ſpectant, habeantur apud ſuperſtites in ſummo honore pretioque. Clemens Romanus *l* refert Apoſtolicam conſtitutionem, ut in omni honore ſint martyres,quorum non ſunt dubiæ laudes, & de quibus ajebat David, *pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus*: & Salomon* *memoria juſtorum cum laudibus*. At Dionyſius *m mortem* iſtam *Sanctorum pretioſã*, interpretatur τὴν ἐν τῷ ὁσιότητι τελείωσιν,*conſummationem in ſanctitate*; eorum autem in ſacrificio memoriam fieri cum laude, ut & nos ad beatiſſimum ſtatum, divinamque ſortem eorum ſimilitudine, ac imitatione incitemur, & quaſi manu ducamur, atque prædicari, ut vivos non mortuos, & qui à morte ad vitam divinam maxime migraverint. Videtur imitatus Athanaſius *n* Dionyſium, docens à Davide appellari *mortem Sanctorum* perfectionem divinam, nomine autem *mortis*, quod ille, qui ſic mortuus eſt, juſtificatus eſt,à peccato, & honore tali dignatus à Deo, non redit amplius retrorſum. Hilarius *o* *pretioſã* iſtã interpretatur *mortẽ*, quia per eam cũ peccati lege reſolutis demutationis glorioſæ profectu ęternitas animę corporiſq; jam ſine peccati corpore rependetur.

f Eſa. 57. 1.
g Pſ. 71. 14.
h Pſ. 96. 10.
i pſ. 33. 21.
k Matt. 10. 30. Luca 12. 7.
l 5. conſtit. cap. 7
* Prov. 10. 7.
m Eccl. hier. c. de communione.
n quæſt. 91.
o in Pſ. 62.

Baſilidis error refellitur.

Ex dictis de martyrio,& laude ipſius refellitur hæreſis Baſilidis non licere ſubire martyrium. Meminit Tertullianus, *p* qui etiam *q* recte docet quandoq; de ſubeundo præceptum eſſe. Celebris Auguſt. *r* hac de re ſententia; dictum eſt homini, *ſ* morieris ſi peccaveris; nunc dicitur Martyri,morere,ne pecces. Tunc dictum eſt,ſi mandatum tranſgreſſi fueritis, morte moriemini; nunc dicitur, ſi mortem recuſaveritis, mandatum tranſgrediemini. Reprehendit præterea Irenæus *t* illos, qui martyres ſpernebant,& vituperabant eos,qui propter Domini confeſſionem occiduntur.

p de preſcript. c. ult.
q in Scorp.
r 13. de civ. cap. 4.
ſ Geneſ. 2. 17
t lib. 3. c. 20.

Flagellantes hæretici.

Magis prope dixerim ſtulti flagellantes hęretici in Germania exorti anno 1346. aut 1349. vel Peruſii anno 1260. aut 1261. qui flagellationem præferebant martyrio,quoniã flagellat quis ſeipſum,mors ab alio infligitur. De hęreticis illis legatur Gretſerus noſter. *u*

u de diſcipl. cap. 4.

Concludenda hæc ſuaviſſima diſputatio de pretioſa, beataq; morte martyrum quidem pręcipuè,ſed ceterorum quoq; Sanctorum, juſtorumq; qui ſunt Dei, & *quorum mors in conſpectu ejus*, (ideſt, veriſſimo, & quod falli nequit illius judicio talis habetur) optabili, hominis licet improbi, voto; *x moriatur anima mea morte juſtorum & fiant noviſſima mea horum ſimilia*. Si res quoq; ferat malimus exemplo venerandi ac religioſi ſenis, *glorioſiſſimã mortem magis quam odibilem vitã complectendo*, voluntarie *præire ad ſupplicium*. *y* *Datur* vincenti, & ad victorię præmium per mortem abeunti, *ſtella matutina*, *z* ideſt, præſentia Chriſti viſibilis, aut inviſibilis, qua terminetur nox obſcura vitæ hujus, & æternæ jam inſtantis claritas inchoetur. Digna lectu,quæ de pretioſa perfectorum morte ſcribuntur à noſtro Jacobo Alvarez, *a* & quæ Hieron. Platus *b* de mortis ſecuritate atq; tranquillitate, quam bonus experitur religioſus, diſputat. Amplificari res hæc multis poteſt, tùm vero etiam ex antitheſi cum improbo ũ morte, pręſertim hęreſiarcharum, Eccleſięq; perſecutorum; ſirenem (ſi quod eſt animal tale) ferunt in vita ſuaviſſimè canere, mortem triſtiſſimam obire: cygnum è contrario pro gemitu cantum habere in morte. Ratio redditur,craſſior in priore ſanguis,cor ſub mortem ſubtilior in poſteriore occupans. Multo melius de ſanctis morientibus, quia vere, quam de cygnis Plato *c* falſo ſcripſit, affirmare licet, quod in morte ſancti πλεῖστα καὶ μάλιστα ᾄδουσι γεγηθότες ὅτι μέλλουσι παρὰ τὸν θεὸν ἀπιέναι οὗπέρ εἰσι θεράποντες, *plurimum, & maximum canunt, læti quod ad Deum, cui ſerviunt, jam migraturi*.

x Num. 23. 10.
y 2. Macc. 6. 19.
z Apoc. 2. 28.
a de vit. ſpirit. p. 3. lib. 4. cap. 35.
b lib. 1. de bono ſtatus relig. cap. 32
c in Phędo.

Ratio cur ſirens triſtem obeant mortem, cygnus vero in morte canat.

B *Pretioſa.*) Hieron., & Auguſt. in Speculo *glorioſa*. Eſt Hebræum nomen יקר *jakar* quod alii vertunt *chara, grata*, aut *honorifica*. quidam *rara*, exponentes hoc ultimum quod Deus gravare, nec temere occidi ſinit quemquam Sanctorum. Apud Tertullianum *d* legitur *honorabilis*, vel *honorata*, *e* Græca vox eſt τίμιος, quod epithetum ſermoni Dei ſub Samuele tributum, *f* ſignificat rarum tunc fuiſſe; ubi eſt idem vocabulum Hebræum & Latinum *pretioſi*, ut autem dicitur de ſervo Centurionis, *g* denotat fuiſſe illi charum: nec enim honore ſervum Dominus proſequitur, aut rarus erat Centurioni ſervus, quem plures habuiſſe credi poteſt, niſi quatenus charos paucos aut nullum tam charum habuit: deniq; ut de nomine quorumdam, qui placuerunt Deo indicat fuiſſe *honorabile coram illo*; *h* ubi eſt aliud nomen Græcum ſynonymum τῷ ἔντιμος. Habet utramq; ſignificationem τίμιος & honorati,ſeu honorabilis,honorificique,& pretioſi; ſeu quod charò conſtat, & multum æſtimatur, & conſequenter ſolet eſſe,haberiq; rarum, etſi ſit capax honorari,glorioſumq; cenſeri,& gratum eſſe,ac proinde illibenter perdi. C His omnibus modis *mortem Sanctorum* affirmare poſſumus *in conſpectu Domini pretioſã eſſe, honoratam, honorabilem, honorificam, glorioſam, charam, gratã, ratam*. Ceterum loquendo de *pretioſa morte*,quod Latino Interpreti epithetum magis placuit, pretii ratio attenditur,vel ex parte Dei,vel ex parte Sanctorum, vel ex parte aliorum, ut colligitur ex his,quæ prius diximus,recitantes Patrum ſententias. Ex parte Dei,quoniam Sanctorum præſertim vita morti eorum appoſita, *pretio magno redemta eſt*, nimirum *ſanguine Chriſti*, *i* & Sanctis pretioſa,maximaq; donata ſunt promiſſa,conſortium nempe divinæ naturæ *k* per gratiam, & gloriam, incarnationem, Sacramenta, potiſſimùm Euchariſtiæ: divina item quædam nonnullis poteſtas ordinis, & juriſdictionis: præterea gratiæ non modo ſanctificantes,ſed & gratis datæ. Ex parte Sanctorum,quia vitam ſuam Deo conſecraverunt, totamque in honorem illius,per multas tentationes tribulationes,perſecutiones,mortificationes, uſq; ad mortem ipſam aliquãdo ab aliis illatam,conſumſerunt,quo nihil pretioſius habebat, vel habere poterant, *illis vivere Chriſtus, & mori* D *lucrum*: *l* quibus conveniat emblema cypreſſini, palmeiq; rami,cum inſcriptione, *Erit utraq; merces*: quod alius expreſſerat, *altera*, ſignificans, aut in bello mori, aut redire velle cum victoria. Ex parte aliorum, quoniam Deus voluit interdum aliquos, etiam dum viverent nimis honoratos eſſe apud alios, *m* & in morte ipſa, multo autem magis poſt mortem, decernendo illis publicos & ſolemnes, ſacros honores cultumq; cum fructu patrocinii eorumdẽ, & nonnumquam miraculorum.

d 2. contr. Marc. cap. 19. & lib. 4. c. 37.
e in Scor. cap. 6.
f 1. Reg. 3. 1.
g Luc. 7. 2.
h Pſ 71. 14.
i 1. Petr. 19. 1. Cor. 6. 20. c. 7. 23.
k 2. Petr. 1. 4.
l Philip. 1. 21.
m pſ. 138. 17

Pretio operum cunctorum petitur à ſanguine Chriſti.

Omne pretium mortis Sanctorum, cunctorumq; operum petitur à pretio ſanguinis Chriſti ſine quo mors ademiſſet delectationes temporales, præcidiſſet vivendi ſpatium, æternæ damnationi addixiſſet: impreſſus character Chriſti, tamquam monetę noſtræ pretium, ac valorem attribuit. Lege Philippum Grevæum. *n* *Qui animã* id eſt; vitam *hic amat, perdet, qui odit*, nec æſtimat, *in vitam æternã cuſtodit eam*. *o* Idcirco Paulus *non faciebat animã ſuã pretioſiorẽ, quam ſeipſum.* *Tanti refert rem quamq; ſuis ęſtimare momẽtis, & quod monuiſſe Chriſtum ferunt eſſe bonos trapezitas, juſtaq; pretia dignoſcere; & *invento* vel *theſauro*, vel *pretioſa margarita, ſibi emeret*, *p* & ſemetipſum magni facere pretio tanto emtum, Deo, Chriſtoque adeo pretioſum.

n ſerm. 245.
o Joan. 12. 25.
* Act. 20. 24.
p Matt. 13. 44. 46.

Hind

Naturæ lapſæ, quam innocentiæ peſtantior ſtatus.
a Rom. 5. 20. b 2. d. 29. q. 3. c 13. de civ. cap. 4. d cap. 1. e cap. 15.

Hinc vero etiam nonnulli colligunt naturæ lapſæ ſtatum quam innocentiæ præſtantiorem, meliorem, pretioſiorem eſſe, Sine dubio *ubi abundavit delictum, ſuper abūdavit & gratia*: a nec pretium Chriſtus ſolviſſet, ſi peccatum non fuiſſet. Excellentiam vero iſtam credo abſolutè ſpectandā, etiam ſecundùm beatitudinem eſſentialem, non tantum, ut voluit Durandus, b ſecundùm accidentariam. Auguſtinus c ait, nunc majore & admirabiliore gratia Salvatoris in uſus juſtitiæ peccati pœnam converti, & mortem Sanctorum pretioſam eſſe quod per eam merita cumulatius augeantur: d & carnem illorum, quæ nunc requieſcit in ſpe, in meliorem reparandam eſſe qualitatem, quam fuit primorum hominum ante peccatum. e

f in Scorp. c. 7. g Sap. 3. 2. h Eſa. 57. 1. i Col. 3. 3. k Jer. 15. 19. l Pſal. verſ. 2. vel 11. m 2. Cor. 10. 18.

In conſpectu Domini.) Seu *in oculis Domini*, aut *apud illum*, ut quandoque legit Tertullianus f Videntur namque *juſti oculis inſipientium mori* g & dum pereunt, *non eſt qui recogitet in corde ſuo*: & quum *viri miſericordiæ colliguntur non eſt qui intelligat*. h *Vita illorum abſcondita eſt nunc cum Chriſto, in Deo*: i *ſe ſeparans pretioſum à vili, quaſi os Dei k eſt*, & tamen quatenus *homo mendax l* eſt, poteſtque falli; quod in ejus conſpectu, oculis, judicio, B pretioſum eſt, nequit non eſſe tale, & quem Deus commendat, ille ſine dubio probatus eſt. m

Mors myſtice pro perfectione. n Rom. 6. 11. o 16. de ador.

Mors.) Antea notavi ex Areopagita, & Athanaſio, *mortem* ſumi, myſtico ſaltem ſenſu, pro perfectione. Hęc in Martyre ſumma eſt, ſicut & charitas. Quivis quoque juſtus *peccato moritur*. n Sed Religioſus etiam ſæculo, proptereaque civiliter mortuus cenſetur. Cyrillus Alexandrinus o perpendens quo pacto bos immolabatur corā Domino, ſanguis autem effundebatur ad altare, docet, mortem, qua morimur mundo, & carnalium motuum extinctionem, rem eſſe Deo jucundiſſimam, ſupernaque inſpectione dignam: hoc fortaſſe hic ſibi Davidem voluiſſe: nec enim mortem ſecundùm carnem illis verbis intelligi, ſed potius eam, quam illi ſubire ſoliti ſunt, cum mundo quidem moriuntur, Deo autem in pietate, & ſanctificatione vivunt; quoniam fas non ſit ſanctam vitam agere, niſi prius mundo mortui fuerimus. Hugo hunc locum de religioſo item ſtatu explicat, ſeptemque cauſſas reddit, propter quas iſta mors merito *pretioſa* cognominetur. In ſolemni quoq; profeſſione Religioſorum mul- C torum, inter alia ex ſacris Litteris verſiculus iſte recitari dicitur.

p pſ. 1. 5. q 24. contr. Marci c. 39. 19. r 4. contr. Marc. c. 19. ſ in Scorp. c. 7. t ep. 9. 77. 81. u de exhort. martyr. c. 12. x 2. Tim. 2. 19. y Ezech. 18. 4. z 2. Petr. 1. 4. Explicatio reſtrictior. a Franc. Monce de vitulo aureo l. 1. c. 2. b cap. 33. 18.

Sanctorum ejus.) Chaldaicè *mors, qui infertur Sanctis ejus.* Vocantur Hebraicè, חסידים *chaſidim*; de quo nomine aliàs p dictum, propriè dici de miſericordibus, quos certè decet præcipuè Deo curæ eſſe, atque illius experiri miſericordiam. & videri nonnullis differre, ab *Eſſæis*, ſeu *Oſſæis*, vel *Eſſenis*, quos item putant nomen id accepiſſe à Græco, quod hic extat, ὅσιον. Tertullianus recitans præſentem locum, aliquando q legit *Sanctorum*, interdum r *juſtorum*, nōnumquam ſ *Religioſorum*, Cyprianus nunc t *juſtorum*, nunc u *Sanctorum*. Nulli Sancti, qui non ſint Dei, qui *novit* etiam *qui ſint ejus*: x & *omnes animæ ipſius ſunt* y hominesq;. Peculiari modo Sancti pertinēt ad illum, ipſius facti per gratiam *conſortes naturæ* z Magis adhuc propriè, qui ſe totos ei tradiderunt, pro ipſo moriendo, vel realiter, vel civiliter. Nimis anguſtè recens quidam Auctor a locum reſtrinxit ad Sacerdotes, & Levitas veteris Teſtamenti, Deo ſanctificatos, quorum in conſpectu Domini mors pretioſa dicatur, ideſt, rara, ut D quamdiu in conſpectu, ſeu ante faciem ejus, hoc eſt, ante arcam federis miniſtrent, nulli periculo mortis violentę obnoxii ſint. Profert Jeremiam, b *Et de Sacerdotibus, & Levitis non interebit vir à facie mea, qui offerat holocauſtomata, & incendat ſacrificiū, & cedat victimas, omnibus diebus.* Hinc, inquam, ſenſus myſticè anguſtior eſt, & à multis intelligitur de ordine ſacerdotali Chriſtiano, vel de ſacerdotio metaphorico, Chriſtianis omnibus communi, litteraliter nō cōgruit, quia de ſeipſo David à periculis mortis liberato: deq; ſui ſimilibus, qui religioſe Deum colant, & alios miſericorditer tractent, in iſto pſalmo agit.

Verſ. 7. vel 16.) O Domine, quia ego ſervus tuus: ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ.
Dirupiſti vincula mea.

Senſus loci.

EXultans, gratulanſque Domino liberatori ſuo, exclamat, præ ſe ferendo, atq; confitendo beneficium illud, quo mortem ipſius, tamquam unius Sanctorum, in pretio ille habuerit, atq; ab eiſdem periculis, quibus irretitus tenebatur, ſive per Saulem, ſive per Abſalonem, mi- A rabiliter, benigne, fortiter eruerit, quaſi facto impetu, & illata vi, & fractis hoſtibus. Quod autem id ea cauſſa Dominus fecerit, magis exprimit, declarando ſe ipſius devinctum ſervituti, & ſuamet ſponte, propenſiſſimaq; voluntate, & naturali quodam nexu, in ſimilitudinem vernæ, qui domi ex ancilla natus, ad poſſeſſionē Domini domus pertinet. Eadem opera, qui ſe in numero Sanctorum collocaviſſe videbatur, & ſemetipſum obtuliſſe totum in ſacrificium, vota reddendo, calicemq; paſſionis, & patientię accipiendo, demiſſe agit, & ſumma cum humilitate agnoſcit, quidquid offerat, faciat, patiatur ad ſervitutis debitum ſpectare; quod facere debeat, facere, ſervum inutilem eſſe, ut tanto poſt Criſtus & ſentire, & dicere ſuos inſtituit. c Poſſet etiam hæc ut Davidis oratio accipi, adhunc modū, quum ſit pretioſa in conſpectu tuo, Domine, Mors Sanctorum tuorum, queſo ut me ſervulum & mancipium tuum; ſed pro tua benignitate, à vinculis, ergaſtuloq; veluti liberatum, in Sanctorum autem colentium te numero cenſeri cupientem, ſerves, mortemq; ac vitam meam pretioſam habeas, & quodammodo *in faſciculo viventium cuſto-* B *ditam apud te.* d Myſticè Martyr, vel Religioſus, vel quivis alius juſtus, conſiderans tanti ſe, ac mortem, ſeu vitam ſuam fieri à Deo, ne quantum oportuit retribuiſſe, aut ſatisfeciſſe Domino pro dignitate videatur, dictum calicem accipiendo, votaq; reddendo, agnoſcit longius abeſſe ſe ab idonea debiti perſolutione; & quod ſit ſervus, & creationis titulo, & redemtionis, & hoc tam ſępe, quam ſępe poſt peccati mortem, ſervitutemq; reſtitutus eſt in gratiæ vitam, ac libertatem. Hoc ipſum Paulus e admonebat *pro omnibus Chriſtum mortuum eſſe, ut qui vivunt, jam non ſibi vivant ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit*: prętera ut ſive vivamus, Domino vivamus; ſive moriamur Domino moriamur. Hoc eſt eſſe pretioſam mortem: vitamq; quod in Domino, & pro Domino ſit, intra Eccleſiam matrem noſtram, ancillam Domini, quam ex naturę debito corruptæ per peccatum, ancillam ipſe ex gratiæ munere liberam fecit, & non neceſſitate, ſed libertate ſervientem, ut perveniat ad Jeruſalem cœleſtem, *quę ſurſum eſt, matrem omnium noſtrum liberam* f & ut *vocata* hic *in libertate*, g & *liberata à peccato ſerviat Deo*, h & filii ejus C *per charitatem ſerviant invicem.* i Ambroſius k Chriſtum hic *ſervum* vocari vult, *filiumq; ancillæ*, ut & in alio pſalmo, l *Da poteſtatem (imperium tuum) puero tuo, & filio ancillæ tuæ, (& ſalvum fac filium ancillæ tuæ.)* Sed monet, propter nos factum *filium ancillæ*, ſecundùm formam hominis: nam ſecundùm divinam generationem, non matrem habere, ſed patrem: nec corporalis ventris eſſe fructum, ſed ſempiternam Dei virtutem. Obſervaverat id prius Athanaſius, m nec detrahi locutionibus iſtis Chriſti ex Patre proprietatem, quemadmodum quod Salomonem mater ipſa, & Nathan Davidem patrem ipſius alloquentes, appellaverint *ſervum ejus*. n Auguſt. quoq; in altercatione cum Paſcentio Ariano, o Chriſtum hic loquentem inducit cum Patre, vocatq; non ſolum ſubditum, aut inferiorem, ſed etiam humillimum ſervum. Quod in quo ſenſu ſit verum, & quomodo videatur in Concilio Francofordienſi damnatum, alibi p docuimus. Videlicet agit in eos, qui adoptivum, & Dominicum vocabant, ut liquet ex epiſtola Adriani I. quæ in eodem Concilio extat, & hujus loci facit mentionem inter alia. Præterea Cerealis q ita præſentem locum interpretatur, dicique Chriſtum *filium ancillæ*, ideſt, Mariæ.

c Luc. 17. 11. d 2. Reg. 25. 29. Senſus myſticus. e 2. Cor. 5. 15. f Galat. 4. 24. g cap. 5. 13. h Ro. 8. 18. 22. k 5 de fid. c. 3. l Pſ. 85. 1. 61. m orat. 3. c. Arian. n 3. Reg. 1. 16. 26. o epiſt. 178. p in Act. c. 2. 18. q ann. Max. cap. 6.

O Domine.) Hieron. *obſecro*. Eſt enim אנא *annah*, ſicut & in priore pſalmo r *ò Domine, libera animam meam.* Is etiam, qui nomen gerit Hieron., notat in commentario voce Hebræa iſta ſignificari *rogo*, aut *deprecor*. Alii volunt habere uſum adverbii affirmantis *utique*, & Davidem confirmare ſententiam priorem exemplo ſuo, quod nolit Deus pios interfici, ſed magni fiat ab eo vita illorum; quoniam illum liberaverit, qui colat ipſū tamquam deditiſſimus ſervus. Eadem particula redditur in Deuteronomio ſ δέομαι, & *obſecro*: *Obſecro, Domine, peccavit populus iſte peccatum maximum*: quod alii explicant *confiteor*. Quidam volunt eſſe particulam blandientis vel includi hic apoſiopeſim, *ò Domine, faciam quod promiſi*, &c. Hic mos eſt devotorum, inquit Hugo, & compunctorum, loqui imperfectè, atque conciſe.

r verſ. 4. ſ cap. 32. 31.

Quia ego ſervus tuus.) Magna humilitas, ſed magna ſimul dignitas, ut creditus Hieron. obſervat, ſervum Dei nominari, & eſſe, & non ſervum peccati: quo Abraham, Iſaac, Jacob, Moyſes, Paulus cognomine cohoneſtati ſunt. Egimus de hac dignitate: aliàs; t legiq; adhuc po-

t in Act. 12. 12.

teſt

a de diſcipl. monaſt. Chriſti ſervitus, vera, & diuturna dignitas eſt inconcuſſaque perſiſtit. b de divin. nomin. c. 7. c 1 de mona.

teſt Laurentius Juſtinianus a. Chriſti ſervitus, ait ille, vera ingenuitas eſſe probatur. Reliquæ prætereunt dignitates, hæc inconcuſſa perſiſtit. Sermo non explicat; verba non ſuppetunt, animus non capit, mens non apprehendit hujus præcellentiſſimæ ſervitutis ſancta præconia, omnis laus hac inferior eſt, propterea melius ſilentio, quam voce prędicatur. Qui veram appetit libertatem, Chriſti ſervus eſſe feſtinet, &c. Præſtare Dionyſius b Dei eſſe ſcribit, quam juris noſtri. Philo c optabilius Deo ſervire, quam regnare, nedum quam liberum eſſe.

Ego ſervus tuus.) Repetit nomen *ſervi*, gaudens ita appellari, rejectoq; omni pudore, ſervitutem hanc libere fatetur, & prædicat, inquit Euthymius. Rickelius primæ appellationis rationem conſiſtere dicit in credendo, ſecundæ in operando; quod ſe *ancillæ filium* vocat, in colendo Deum. Caſſiodorus ait provenire hanc repetitionem ex admiratione, & quodam pavore, quod tanta Majeſtas adeo vilē ſervum tā magnis afficere dignetur beneficiis; deniq; humilitatē triplicatis confeſſionibus indicari.

Rationes cur David ſe filium ancillæ appellarit. Servitus ventrem ſequitur. d Gen. 21. 10.

Et filius ancillæ tuæ.) Conjunctio adjecta eſt ab interpretibus; qua textus Hebræus Cajetani *filium ancillæ Dei* B vocare ſe Davidem Lyranus docet, ut denotet merita matris quaſi magis pia eſſet, quam Pater: vel cum R. Salomone, ut ſe veluti natum in domo Dei patris familias; ſive ex fidelibus parentibus ei ſervientibus magis dilectum ſignificet ab illo, quam ſi aſcititius, aut emtitius eſſet ex Gentilibus natus ac tamquam proſelytus. Tertia ratio, ut magis ſeipſum humiliet. Quarta ut magis ſe obſtrictum oſtendat, & quaſi natura ſervum, quia ſervitus ventrem ſequitur; ſicut Iſmael ſervus erat, quia ex ancilla natus d.

Expoſitio myſtica. Ancillæ conditiones bonæ. e in dictione Morali.

Myſtico ancilla Domini, & mater Davidis ſynagoga eſt: Chriſtiani, Eccleſia: viri Religioſi religio ſua: Chriſti Maria. Ancillæ bonas conditiones numerat Ayguanus, ut ſit in converſando humilis: in operando agilis, in patiendo ſtabilis, in ſerviendo agilis, in lucrando fertilis, in ſervando habilis. Bercorius e humilitatem, in ea requirit ſedulitatem, ſagacitatem, diligentiam, abſtinentiam, indigentiam.

Mors quid. f de bono mort. cap. 3. g Pſ. 114. 7. h in pſ. 118. octon. 8. i Prov. 5. 22. k Rom. 5. 20. l Serm. 3. de aſcenſion. Ex vitiis & paſſionibus ſuperatis gradus ad ſuperiora conſtruitur. De virtute hujus verſiculi in fine vitæ tertia confeſſione congeminati vetus opinio

Dirupiſti vincula mea.) Hieron., *diſſolviſti*, ſignificat פתחת *pitthachtha aperuiſti per modū etiā foſſionis*. C Emphaſim habet vinculorum diruptio, & confractio ad indicandam Dei celerem potentiam in liberatione à periculis mortis, quæ per *vincula* deſignantur. Diſſolutio conjunctionis inter corpus, & animam mors eſt, de qua, ſaltem ſenſu myſtico, locus hic exponitur, juſti præſertim martyris, cujus anima ſoluta vinculis peccatorum, & omnis reatus abit ad Deū recta. Ambroſius f ita mortem definiens, ait (ſolutione iſta agi, ut corpus reſolvatur, & quieſcat; *Anima* autem *convertatur in requiē ſuā* g, & ſit libera, quæ ſi pia eſt, cum Chriſto futura ſit: in hac vita juſtos nil aliud agere, niſi ut exuant ſe hujus corporis cogitationibus, quæ velut vincula nos ligant, & ſe ab his moleſtiis ſeparare contendant, renuntiet voluptatibus, & fugiant flammas libidinis. Deniq; interpretatur h de ſolutione curſus iſtius vitæ, & liberatione ex hoc mortis corpore. Omnium optimè hoc declarans creditus Hieron., ait, quod quicumq; ſanctus moritur ſua morte: licèt ſit ſanctus, qui miſericordias operatus ſit, fecerit ſigna, dæmones ejecerit, non vadit ad Dominum ſecurus. D horreſcit ejus conſcientia, quando videt Dominum (judicem videlicet.] Martyr autem, ſi & poſt baptiſmum peccaverit, tamen ſecundo, baptiſmate martyrii ablutus ſecurus vadit ad Dominum. Tum facit eumdem loquentem; *Catenis funibuſque ſuorum peccatorum*, unuſquiſq; *conſtringitur* i, ſed in martyrio meo dirupiſti vincula peccatorum meorum, & de vinculis plicaſti mihi coronam victoriæ; *ubi enim abundavit peccatum, ſuperabundavit & gratia* k. Caſſiodorus, & alii conveniunt in eodem ſenſu de martyrio; & ille ait virtutem ipſius tantam eſſe, ut impetu ejus triumphali dirumpantur omnia vincula peccatorum: nullam enim in homine maculam remanere poſſe, quem pius ſanguis abluerit. Illud vero putari Hieronymi de plicata ex vinculis peccatorum corona victoriæ, Auguſt. l reducit mihi in memoriam, ſcribentem, ex vitiis ac paſſionibus noſtris, ſi ea ſubdere nobis ſtudeamus ac ſuper ea ſtare conſueſcamus, gradum nobis conſtruere, quo poſſimus ſuperiora conſcendere, & quod elevabunt nos, ſi fuerint infra nos, & quod de illis ſcalam nobis facimus ſi ipſa calcamus: ſed miratus ſum viguiſſe Caſſiodori ætate opinionem de hoc verſiculo toto, quod etiam notari vult, illius eſſe virtutem tantam, ut diceretur A poſſe hominibus peccata dimitti, ſi eum quis in fine vitæ ſuæ tertia confeſſione congeminet. Eſt porro tria vinculorum, catenarum, laqueorum, funium, comparatio in malam partem, ſunt enim, & bona, aut Auguſt. m annotat, pro peccatis, reatibus, peccandive occaſionibus, & periculis. Meminit Apoſtolus n *laqueorum diaboli*. Celebris etiam eſt Auguſt. o ejuſdem, quam in ſe appellat ferream ſuæ voluntatis catenam, qua tenebat eum, & conſtringebat inimicus; feſtiva præterea qua utitur Anſelmus p, aviculę ſimilitudo, quam uno puer ligatam retinebat filo, ita ut fruſtra conaretur avolare, donec pius antiſtes commotus miſericordia, deflenſq; adumbratam ea re infelicem peccatoris conditionem, præcidi filum præcepiſſet, non minus de libertate volucris lætus, quam puer triſtis, quod tali voluptate caret. Epiphanius q diruptionem vinculorum intelligit liberationem *de corpore mortis hujus* r in quo ſęvit lex cupiditatis, animam ad mortem peccati ſeducens, non quod anima propter peccata prius commiſſa in corporis vincula conjecta fuerit, ut exiſtimabat Origenes. Pacianus ſ explicat de vinculis peccatorum B per baptiſmum præſertim ſolutis: Gregorius t ſolutis, inquit, iniquitatis vinculis dimiſſum ſe noverat, qui exultabat dicens, *dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis*. Euthymius diruptionem factam ſumit per gladiū tum pęnitentię noſtrę, tum divinę miſericordię. Trāsfert Hugo hunc locum ad religioſum, ſæculi vinculis expeditum, quæ dirumpenda ſunt, & proſcindenda, non denodanda, diſſolvenda, diſſuenda, tum vero etiam ad Prędicatorem, qui fungi officio rectè nequeat, niſi *ſolutum ſit vinculum linguę ejus* u, liberque à vinculo carnis, divitiarum honoris, &c. Petrus Damiani x excuſans ſe apud Alexandrum Papam II. quod ſe abdicaſſet Epiſcopatu, & in ſolitudinem ſeceſſiſſet, ſcribit hoc modo. Libet ſub quadam mentis energia quaſi diu ſtipitibus attritos agitare pedes duriſq; catenis edomitas ſublevare cervices, illudq; propheticum alacriter decantare, *dirupiſti Domine vincula mea*, &c. Auguſt. exponens Deo ſumma pietate, atq; humilitate miſerias ſuas, & commendans bonitatem ipſius erga ſe, per quam factum eſt, ut ſubderet cervicem leni jugo ejus, & humeros levi ſarcinæ, & ſuave fieret ca- C rere ſuavitatibus nugarum, &c. prorumpit in has voces. *Domine ego ſervus tuus, ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ, dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.* Audiamus Eſaiam y *Et nunc nolite illudere* (*Deus* enim *non irridetur* z) *ne forte conſtringantur vincula veſtra*, ideſt, pœnæ, pericula, tentationes, peccata: quod accidit potiſſimum *excuſātibus excuſationes in peccatis* a, quemadmodum fera ſtringit fortius nodum, ſeſeq; dum nititur explicare, implicat magis. Agnoſcamus quod in medio laqueorum tranſimus b quos Antonius quum vidit oppanſos ſuper Orbem, ingemuit. Qua de re Chryſoſt. egregie quadam homilia c, concludens e vidi ab eo, qui alta conſcendit, ſicut non capiuntur aves donec altum aerem ſecant, *fruſtraque jacitur rectè ante oculos pennatorum d*. Quod minime adverſatur conſilio Antonii de humilitate, nullus nampe altius aſcendit, quam humilis, quia totus adhęreſcit Deo. Solvi juſſit Chriſtus jumentum ſuper quo ſedere volebat e: & Lazarum ſuſcitatum f, & condonari peccata voluit abſolutionis formula g; Infecit velut torpedo retia, ex quibus torpente diaboli manu effugere no- D bis datur. Triumphalem hunc quaſi verſiculum conferre cum hymno illo licet, quem adeo hilariter concinit Auctor Eccleſiaſtici h *Confitebor tibi Domine Rex*, &c. *liberaſti corpus meum à perditione*, &c. In iſta peregrinatione ad terram ſanctam, regionemque viventium divertimus vigeſima ſeptima manſione ad *Moſerothi*, quod *vincula* ſignificat quę nempe diſrumpere oportet, ut hoſtes exemplo Samſonis, k vincamus. Iſidorus l docet, poſt Hieron. m. Exaudit Deus gemitum compeditorum n, præcipue martyrum, ut Auguſt. o exponit, qui compediti erant Dei timore, & *intrat ad illum* p, ut illi deniq; ſoluti volent, & vincula ipſa, in ornamentum coronaſq; convertantur, & nos filii illorum mortificatorum, ſeu *interremptorum ſolvamur* q à vinculis cupiditatum malarum, vel à nobis peccatorum, ſicut Lazarus r egreſſus de monumento, ſolvi juſſus eſt, & abire: *Dirumpenda vincula, projiciendūque jugum* ſ iniquitatis: *injiciendus pes in compedes ſapiētię, & in torques illius collum, ſubjiciendus humerus, nec acediandum vinculis ejus* t: non confringendum hoc jugum u, neque *rumpenda vincula iſta*: qui *catenas ligneas* x Crucis, quæ lignea fuit *contriverit catenas ferreas* experietur in inferno, numquā confringendas ſolvendaſve.

m de civ. c. 32. n 1. Tim. 3. 7. c. 6. 9. 2. Ep. 2. 26. o 8. confeſſ. cap. 5. p de ſimilit. cap. 159. Aviculæ filo ligatæ ſimilitudo qua peccatoris infelicem adūbravit Anſelmus. q hær. 64. r Rom. 7. 24. Origenis opinio rejecta r. ſ Se me bapt. t 9. Moral. c. 37. vel 44. u Matt. 7. 35. x lib. 7. Epi. 10. 49. confeſ. cap. 4. y cap. 28. 22. z Galat. 6. 7. Similitudo. a pſ. 140. 4. b Eccl. 9. 20. c hoC. 15. ad pop. d Prov. 1. 17. Humilis altiſſime aſcendit, quia adhæreſcit Deo. e Matt. 21. 2. f Joan. 11. 44. g Matt. 16. 19. c. 18. 18. Joan. 20. 23. h cap. 51. 1. & ſeqq. i Num. 33. 36. k Jud. 16. 12. l in l. Num. 4 cap. 16. m in ep. 127. in manſio. 27. n Pſ. 101. 21. o ib. concilo. p Pſ. 78. 11. q Pſ. 101. 21. r Joan. 11. 41. r Joan. 11. 44. ſ Pſ. 2. 3. t Eccl. 6. 25. u Jerem. 5. 5. x cap. 28. 13.

Ex catenis patienter toleratis *egreditur* quis *inter dū ad regnum* a, quemadmodum Joſeph *b*; velut condecoretur, qui non ſic ſe habet: inde ducitur ad patibulum, ſicut piſtor, *c* pſeudo prophetæ, mundus, caro, diabolus, exemplo Ananię, frangunt ad præſens ligneas torques, ſed in futurum ferreas præparant *d*, quia ſemper dulcia pollicentur, & ad modicum placent, inquit Hieron. *e* De hoc eodem argumento, aliis in locis hujus operis egimus.

a Geneſ. 4. 14. b Geneſ. 40. c ibid. d Jer. 28. 12. e 2. contr. Jovin.

Ver. 8. vel 17.) Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini invocabo.

Senſus loci.

PRopter beneficii tanti memoriam; atq; actionem gratiarum, promittit ſacrificaturum hoſtiam laudis, & in eo ſacrificio laudes Domini celebraturum, ac rogaturum, ut id acceptare dignetur, & in poſterum eadem benevolentia, beneficientiaq; proſequi, quemadmodum & ipſe omnino decrevit non alium colere Deum, nec alterius eſſe, aut nominari ſervus, quam ipſius, non mammonę non ventris, non alterius ullius creaturę. Nihil parumve differre iſta videntur à ſuperioribus, in quibus de calice ſalutaris accipiendo, cum invocatione nominis Domini, deq; reddendis votis facta mentio eſt. Baſilius ſpiritualem hoſtiam laudis materialibus multo præſtantiorem ſacrificiis veteribus, interpretatur, videlicet decoram laudationem peculiarem poſſeſſionem ſuam, ſuiſq; cordis fętum, ex ipſo perinde, atq; è quopiam altari, & mentis penu depromtam, item confeſſionem ex affectu, & corde nihil fucato profectam, & quam æque omnes offerre valeā, non ſolum opulenti, qui copioſius externa illa alia largiri poſſunt. Multo perfectius laudis hæc hoſtia Deo exhibebitur à beatis, poſtquam dirupta fuerint vincula eorum; Itaq; ait Ambroſ. *f*, quum frequenter ab eo (à Davide) legamus Domino oblata eſſe ſacrificia, hoc tamē loco addidit, *tibi ſacrificabo hoſtiam laudis*. Non *ſacrificio*, inquit, ſed *ſacrificabo*, ſignans illud perfectum eſſe ſacrificium, quando unuſquiſq; Domino, corpori hujus vinculis abſolutus, aſſiſteret, & offerret ſe hoſtiam laudis, quia ante mortem nulla eſt perfecta laudatio, neq; quiſquam in hac vita poteſt definito præconio prædicari, quum poſteriora ejus incerta ſint.

f de bono mort. cap. 3.

Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.) Hieron., *immolabo*, vetus Pſalterium, & Auguſt., *ſacrificium*, De hoc ſacrificio תודה *thodah*, dixi pſal. 49 *g ſacrificium laudis honorificabit me*, ac videri typum Euchariſtię, quę à gratiarum actione denominatur, inter alias nominis ſui cauſſas. Gratias agendo Chriſtus Euchariſtiam inſtituit *h*. Non ſolum Deus Unigenitum ſuum pro nobis dedit, ſed & noſtram fecit illum eſſe menſam; omnia faciens ipſe pro nobis, ait Chryſoſt. *i*, & donando & gratiarum actores, ipſa donorum ſuorum ubertate faciendo. Quia enim in multis homo Deo exiſtit ingratus, ipſe ubique ſuſcipit vicem noſtram, & ea quæ ad nos pertinent, per divitias ſuę diſpenſationis operatur. Nam quod pro Judæorum aliquando ſalute faciebat temporibus, lociſq; ac feſtivitatibus variis in memoriam illos ſuorum beneficiorum reducens, id nunc magno cum cumulo eſt operatus in nobis, ipſo genere ſacrificii ad jugem nos pro beneficiis ſuis gratiarum incitans actionem. Auguſtin. Proſper, & alii, volūt hic innui pro beneficio diruptionis vinculorum, cum quo alia connexa ſunt, profiteri hominem *ſe gratia Dei eſſe id quod eſt; ſibiq; in gloria Domini eſſe gloriandum*. Dixi paullo ante Ambroſium in futuri temporis verbo *ſacrificabo*, ſpectare nullū in hac vita perfectā laudationem Dei eſſe: Ita eſt; ſed hoc Davidē intendiſſe ſenſu litterali non puto.

g verſ. ult. Euchariſtiæ typus. h Luc. 22. 17. 19. i hom. 26. in Matt.

Et nomen Domini invocabo.) Hieron. *in nomine Domini*, quemadmodum in verſu 13. & alibi. Ex quibus locis colligitur poſſe idem videri hoc, atq; *ſacrificare hoſtiā laudis*, ita ut particula (ו *ve &*) ſumatur exegeticè. Invocant beati de ſe quidem ſecuri, de noſtra vero ſalute ſoliciti, ut ſcribit Cyp. *k* pro nobis Deum. At id hìc inſinuari, quod Jacobus, Janſon. exiſtimat, equidem non ita probabile duco.

k de morte

Verſ. 9. vel 18.) Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi ejus.

Verſ. 10. vel. 19.) In atriis domus Domini, in medio tui Jeruſalem.

Senſus loci.

REpetitur verſus quintus iiſdem prorſus verbis Hebræis: & Gręcis Latina ſolum differunt, & quod pro *coram omni populo*, hìc dicatur, *in conſpectu omnis populi*. Adduntur vero præterea, quæ pertinent ad locum, in quo ſacrificetur, ac vota reddantur: quę ſunt atria domus Domini, & medium Jeruſalem. Hæc deſcriptio loci ſuadet non agere pſalmum de perſecutione ſub Saule, ſed quam filius Abſalon movit in Davidem, quia Jeruſalem tempore Saulis erat in ditione Jebuſæorum. Quum autem occupata eſſet à Davide, intulit arcam ipſe illuc de Gabęa; Quamvis porro Salomon ſuccedens Davidi domum Domino ędificaſſet, ſive templum cum atriis, tamen hæc ipſa nomina quandoq; tribuuntur loco, ubi tabernaculum erat, etiam priuſquam templum conſtructum eſſet. In alio pſalmo *l* vocat David *tabernacula, & atria Domini*, in alio *m templum*: in alio *n domum*, in alio *domum, & atria o*. Poſſent etiam hę formulę denotare ingens deſiderium, quod conceperat David conſtruendi templum. Retuli quoq; initio ſententias, quod ſit ſermo in hoc pſ. aut de liberatione captivitatis Babylonicæ, aut de tempore Machabæorum. Jamdudum ante, Salomon ædificaverat templum, & atria. Senſus myſticus idem qui quinti verſus; tum vero, quod oporteat ſervum Dei offerre vota ſacrificiaq; ſua confeſſionem, laudem, ſeipſum Deo, intra Eccleſiam, cujus atria cenſentur particulares Eccleſiæ, & illius typus Jeruſalem erat, ideſt, *viſio pacis*, à qua recedunt hæretici, atq; ſciſmatici, quos non Auguſt. dumtaxat aliique Latini, ſed Baſilius etiam videtur notare Judæi & Pagani numquam illam habuerunt. Nec diſplicet interpretari verſum quintum de confeſſione in Eccleſia militante: præſentem in triumphante, quando poſt dirupta vincula perfecta laudatio erit, ut ex Ambroſio prius dixi: Hilarius *p* quidem exponit reddenda vota *in medio Jeruſalem* cœleſtis matris noſtræ liberæ. Ibi laudatur abſq; ceſſatione ab electis Deus jucunda, & decora laudatione nunc ſecundùm animā, poſt reſurrectionem reſumtis corporibus, laudabitur quoq; vocali laudatione, *Et erunt exaltationes Dei in gutture*, ſive *in faucibus eorū*: q *in conſpectu omnis populi* glorificati *in atriis domus Domini*, ideſt, in ipſo introitu domus cœleſtis, *& in medio Jeruſalem*, hoc eſt, in plena, pacificaque poſſeſſione regni cœleſtis, & viſione Regis pacifici, qui eſt pax ipſorum, nempe Chriſti viſi tum ſecundùm divinitatem eamdem cum Patre, & Spiritu ſancto, tum ſecundùm humanitatem, per quam cum divinitate conjunctam, mundo pacem conciliavit. Inſinuat præterea Baſilius reprehenſionem eorum, qui negligunt frequentationem Eccleſiæ, ad laudes Domino deferendas: quod alibi pluribus etiam ipſe confutavi. Arnobius tropologiam tangit, ut vota noſtra reddamus aliaque opera bona perficiamus in eorum conſpectu, qui populus Dei eſt, non populus hujus mundi, ut videamur ab hominibus ad perditionem laboris ſancti; ſed coram Sanctis, qui gloriantur *in medio Jeruſalem*, in qua Imperator eſt Chriſtus.

l Pſ. 83. 2. 2. m pſ. 5. 8. & in aliis. n pſ. 5. 8. pſ. 22. 6. pſ. 26. 4. pſ. 41. 5. pſ. 65. 13. pſ. 68. 10. pſ. 83. 5. 11. pſ. 92. 5. o pſ. 91. 14. Senſus myſticus. p in pſ. 60. Tropologia.

Vota mea Domino reddā, in conſpectu omnis populi ejus.) Jam dixi, Hebraicè, & Græcè nihil hæc differre ab his, quæ ſunt in verſu quinto. In Pſalterio autem Romano, & veteri, ordine mutato legitur priore loco, quod hìc ponitur poſtea, nempe, *in atriis domus Domini, in conſpectu omnis populi ejus*: quo modo etiam legunt Auguſtinus Proſper, Caſſiodorus, Ambroſius: præterea que alio loco *r* Hilarius, immo & ex Græcis Appollinarius hoc pſal.

r in pſ. 60.

> ἐυχωλὰς βασιλῆι ὀφειλομένας ἀποτίσω
> αὐλῆς ἐναγέεσσι φίλον κατὰ δῶμα θεοῖο
> παντὸς δ᾽ ἐρχομένοιο θεουδέος ἀντία λαοῦ
> *Vota Regi debita perſolvam.*
> *Atriis ſanctis chara in domo Dei,*
> *Omni viſo religioſo coram populo.*

In atriis domus Domini.) Monui prius, de quibus atriis domoque Domini loquatur David. De atriis vero proprie ſumti templi actum alibi.

In medio tui Jeruſalem.) Non erat templum, aut locus tabernaculi poſiti à Davide ante templi ædificationem à Salomone factam exactè in medio civitatis. *In medio* igitur *Jeruſalem reddere vota* eſt, intra illam civitatem, & in media populi multitudine, palàm, publicè, coram multis.

In fine ponunt aliqui codices, & Auctores *Alleluja*, ſed ut in aliquot præcedentibus pſalmis annotavi, pertinet ad titulum ſequentis.

PSALMUS
CENTESIMUS DECIMUS SEXTUS.

Alleluja.

1. LAudate Dominum omnes Gentes: laudate eum omnes populi.

2. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia ejus: & veritas Domini manet in æternum.

TITULUS & ARGUMENTUM.

Alleluja.

Titulus. Argumentū a Rom. 15. 11

AD titulum pertinet *Alleluja* pſalmi hujus nō ad finem præcedentis, ut ibidem admonuimus; & quid valeat, jam dudum ante. Argumentum videtur Apoſtolus *a* tradidiſſe totum recitans pſalmum breviſſimum, quaſi nimirum alloquens Propheta Eccleſiam ex Gentibus, ac Judæis congregatam, hortetur ad laudandum Deum, quod Miſericordiam ſuam, veritatemque oſtenderit erga illam. Utramq; erga Judæos converſos oſtendit Deus: feciſſe namque miſericordiam cum Patribus cecinit Joānis pater *b*, *memorem ſimul teſtamenti ſui ſancti, & juriſjurandi jurati ad Abraham*: & idem Paulus *c omnes peccaviſſe* ſcribit, atque propterea *egere gloria*, ſive *miſericordia Dei*: quod etiam per multa capita epiſtolæ ad Romanos *d* probat, & in ea, quæ eſt ad Galatas: tandem ait, *e Eramus & nos natura filii iræ, ſicut & ceteri*. Promiſſa Judæis peculiariter facta ſunt, ut ab eodem Apoſtolo *f* dicitur, atque in Canticis Zachariæ *g*, & Mariæ *h*. At ex mera miſericordia dignatus eſt Deus promittere. Fatentur etiam Hæbræi ſpectare hunc pſalmum ad dies Meſſiæ, quando Gentiles cum Judæis convenient, & conjungentur ad laudandum Deum. Volunt quoque aliqui, ut Agellius, eam conjunctionem populorum duorum inſinuari per duos pſalmi verſus. Certe non ſatis ad mentem Pauli Arnobius loqui videtur, dicens excludi hoc loco Judæos Cajetanus putat aliud *Alleluja* eſſe in fine pſalmi, obſervat, repetitione trina perfectam Dei laudem indicari. Dicere; potuit invitari omnes ad laudem Trinitatis. Sed illud *Alleluja* titulus eſt pſalmi ſequentis.

b Luc. 1. 72. c Rom. 3. 23. d ca. 3. uſq; ad 11. e Epheſ. 2. 3. f Rom. 9. 4. c. 15. 38. g Luc. 1. 73. h ibidem 55.

Is, quem dicunt Hieronymum, in commentario parvum pſalmum haberi numero verſuum, ſed magnum eſſe in ſpiritualis myſterii Sacramento: vocem Apoſtolicam tenere, juxtaque normam Evangelicam in quatuor verſuum numero contineri. Vocem Apoſtolicam tenere intelligit, ut exiſtimo, quoniam de vocatione omnium agit, & ab Apoſtolo citatur: quatuor verſus, prout & Evangelia totidem ſunt adjungendo duobus, qui ſunt Davidis, alios duos, qui ſolent omnibus adjungi, auctoritate Damaſi, hortatore Hieronymo, nempe *Gloria Patri*, &c. *Sicut erat*, &c. Caſſiodorus numerans, quemadmodum & ceteri duos tantum verſus, affirmat compēdio ſuæ locutionis pſalmos omnes exſuperare, & quum ſit atomus aliorum, puncti referre dignitatem, unde linea oritur: nihil amplius potuiſſe dici, quam ut creator debeat toto Orbe laudari: ſecundum eſſe hanc brevitatem, & pleniſſimam, conſtrictam copiam; eſſe pſalmum arctum ſimul & latiſſimum, ac ſine fine coanguſtum. Præterea conſiderat dulcem & admirandam diverſitatē ut modo paucis ſententiis *ſalutaria* dicantur, modo *magnalia*, diffuſa oratione narrentur, ut tędioſa mortalitas nec in ipſa cura ſuſtineat faſtidium, cui præſtat amęna varietas appetitum. Obſervat præterea in 118. eſſe verſus 176. & in aliis diſpari modo nunc plures, nunc pauciores, in ſimilitudinem harmoniæ muſicæ, quæ ex diverſis conſtans ſonis, accentibuſque, perfectam unam facit cantilenam; item ut ſic etiam ſignificentur diverſa merita Sanctorum in regno Dei ubi tamen omnibus una beatitudo, & ſuavitas æterna præſtatur.

Cauſſa cur ultimo Officii loco uſurpetur hic pſal.

Quum quadā igitur flamma ſanctę devotionis, inquit devotus Rickelius, pronuntietur à nobis hic pſalmus; obtinuit jam aliquanto tempore uſus, ut completo Eccleſiaſtici officii penſo, ſi quid leviter peccatum ſit, iſtius pſ. recitatione compenſari poſſe Pontifex indulgeat, perinde ac ſi reliquorum ſumma quædam ſit, epiloguſq; quum de Dei laude ſint, cujus *univerſæ viæ miſericordia, & veritas*, *i* quas pſalmus hic laudari vult. Uſurpamus eumdem ſemper ultimo loco ad Veſperas primas dierum feſtorum, exceptis feſtis B. Mariæ, inter quæ cenſeri poteſt ratione Officii circumciſio, & de communi ſanctarum mulierum, & dedicationis Eccleſiæ, & Corporis Chriſti: in communi autem Confeſſorum non Pontificum, & in feſto Aſcenſionis, in utriuſq; Veſperis: & eumdem ſolū in primis Paſchatis. Connumerat Athanaſius *k* pſalmis, qui commodi ſunt volenti Deum laudare, & cognoſcere quomodo, & quibus in rebus laudandus ſit, & quæ verba ad illius laudem dici debeant: præterea illis, quibus aſcribitur *Alleluja*. Chryſoſt. poſt enarratum pſ. 22 percurrens, & iſtum (Jungamus, ait, & brevem propter tardos, qui prolixos verſus pſalmi tenere non poſſunt.) Et in fine, (Tenete, inquit, traditum vobis pſalmum, ut quum tenueritis lingua reddideritis vita, vocibus, & moribus, mereamini audire *l*, *Intrare in gaudium Domini veſtri*. Sixtus Senenſis *m* circa iſtum pſalmum ponit, exempla tabellarię, ſive columnaris expoſitionis, enarrationis, quā dividit in homiliam, & declamationem, collationis continuatæ, & interruptæ, meditationis poeticæ, collectaneę methodi, ſeu collectitiæ per modum rapſodiæ, hagiographicæ, ideſt, Centonis, Scripturarum ſanctarum; Eccleſiaſticæ, hoc eſt, Catenæ de Scriptis Patrum; Ethnicæ, ex dictis ac ſententiis Gētilium, iſcholaſticę queſtionis. Eum Auctorem legiſſe juverit, tum propter alias utilitates, tum propter locupletiorem pſalmi hujuſce commentarium, quum de illo, quia brevis eſt, admodum pauca extent apud Enarratores, alioſve Auctores.

i pſ. 24. 10. k ad Marcel. l Mat. 25. 21. 23. m biblioth.

Verſ. 1.) Laudate Dominum omnes Gentes: laudate eum omnes populi.

Senſus loci. n Rom. 15. 11. o verſ. 8.

CLara per ſe ſententia eſt, eamque, ut ante dixi, Paulus *n* videtur de Gentium vocatione accepiſſe, ſcribens *o*, *Chriſtum miniſtrū fuiſſe circumciſionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promiſſiones Patrū: Gentes autem ſuper miſericordia bonorare Deum*. Quæ duplex ratio verſu ſequenti cōtinetur. Hoc pacto *populi* Judæos deſignabunt quemadmodum initio pſal. 2. *Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati ſunt inania?* prout etiā in Actibus Apoſtolorum *p* ipſimet intellexerunt Apoſtoli, & nos utrobiq; docuimus. Loco autem nominantur priore Gentes; quia magis alienæ à vera Religione, ac reſpectu Judęorum non tam populi, & cętus hominum ratione utentium, quam gregis beſtiarum: quia multo major Eccleſiæ pars ex iis erat congreganda: quia major ex illis in Deum laus redundatura: quia magis late, hilariterq; laudaturæ Deum; quod innui Genebrardus exiſtimat per verbum הללו *hallelu*, Gentibus hìc attributum, quod habet majorem vim, quam שבחו *ſciabechu*. Euthymius tametſi recipit allatam diſtinctionem: ait etiam utroque membro idem repeti, & eoſdem intelligi, hoc eſt, omnes abſq; diſcrimine. Idem ponere videntur Gręci ceteri, demto Theodoreto. Auguſt., Caſſiodorus, & alii conſentiunt, atq; hinc argumentantur adverſus ſchiſmaticos, & hęreticos Donatiſtas, qui apud ſe contendebant Eccleſiam eſſe. Non ſunt excludendi Judęi cum Arnobio, ut nuper admonui. Notat Hugo in verbis ſingulis ſingulos quaſi ſenſus morales. Ait enim primum eſſe contra ingratos: ſecundum contra avaros, qui laudant pecuniam; quod de aliis pręterea peccatoribus affirmari poſſet: tertio contra ſingularitatis vitio laborantes, ac ſe aliis præferentes: quartum contra Judæos de lege gloriantes, quaſi *tantū illorum Deus eſſet non etiam Gentes* q: quintum quod legit, *collaudate*, contra invidos, qui pro proximorum bonis nō laudant Deum: ſextum contra adulatores, qui non Deum laudant, ſed peccatores: ſeptimum contra diſcordes: ultimum contra incōpoſitos moribus, & beſtiis ſimiliores quam hominibus. Hanc explanandi methodum Sixtus *r* Senenſis appellat tabellariā, ſive columnarem; quamvis alia quadā via digerat verborū ſingulorum explanationē.

p cap. 4. 25. In ſingulis verbis ſinguli ſenſus morales. q Rom. 3. 29. r 3. Biblioth.

Laudate Dominum.) Eſt nomen Tetragrammaton, frequens & celebre, cum verbo הללו *hallelu* quod etiam ſæpius occurrit, eſtque valde feſtivum & hilare. Quod ea de cauſſa Gentib. hoc loco aſſignari Genebr. notaviſſe dixi, quoniam hæ in laudis divinę obſequio longe melius poſt-